

Werk

Titel: Serapeum

Ort: Leipzig

Jahr: 1841

PURL: https://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?342672002_0002|log5

Kontakt/Contact

Digizeitschriften e.V.
SUB Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen

✉ info@digizeitschriften.de

SERAPEUM.

Zeitschrift

für

Bibliothekwissenschaft, Handschriftenkunde und
ältere Litteratur.

Im Vereine mit Bibliothekaren und Litteraturfreunden

herausgegeben

von

Dr. Robert Naumann.

Nº 1.

Leipzig, den 15. Januar

1841.

DE CODICE WESSOFONTANO

(Wessobr. bibliothecae reg. Monac.)

59

scripsit et quoad preces Wessofontanas sic dictas, antiquis-
simum illud linguae germanicae superioris carmen, characterum
autographi repetitione augmentavit

M. A. Gessert.

Ante hoc aliquod tempus codicis Wessofontani partem eam,
quae picturis penna delineatis ornata est, artis solius causa
ῥύπῃ repetens, ejusdem membranei decem saeculorum aeta-
tem excedentis aliam adhuc partem precum nomine wessofon-
tanarum nemini non notam diplomatische delineari neque iis,
qui in ejus multis grammaticis difficultatibus dissolvendis ejus-
que pretio constituendo saepe et varia fortuna versati sunt,
neque iis, qui postea eam sibi inquirendam praeposituri sint,
ingratum fore speravi. Illi enim veteris linguae germanicae
superioris monumenti, cui vires suas dedicaverunt, imaginem
pulchre et accurate expressam inspicientes gaudebunt; et his
(nam non defuturos esse puto, qui carmen istud et aetate
et argumento insigne neque ceterorum neque ejus, qui ma-
xime excelluit, Wackernagelii dico viri doctissimi ingenio et
labore satis tractatum explorent) non raro a bibliotheca, cujus
codex noster est, longe remotis idem quod antea non accidet,
ut aut in acquirenda satis certa et accurata autographi copia

II. Jahrgang.

1

valde laborent, aut copiarum negligentia et falsitate decepti in errores gravissimos et maxime ridiculos, quorum ex numero illum solum de poeta H'azungali afferre libet, inducantur. Quibus tantis ex causis hanc characterum autographi repetitionem, quae post Ellingeri non accuratam prima eaque accuratissima, et quae sola eo nomine digna est, in lucem prodit, suscepi; et ut promissis starem, et, quod propositum mihi est, assequerem, summa cum fide et religione et ipse laboravi, et is, cui imitandi et designandi provincia demandata erat, artifex in hoc apographorum genere versatissimus et probatissimus, Progelius clarissimus, qui registratoris in regia litterarum academia locum tenet, omnem, quam poterat, curam et artem adhibuit; denique iterum comparando iterumque repetendo ita operi ultimam addidi limam, ut omnibus numeris perfectum dici possit.

Cui carminis h'altationi externae, quum antiquorum litterarum germanarum non ita gnarus sim, ut res postulare videretur, novam de textus indole et natura commentationem addere nolui; hoc autem negligendum non esse putavi, ut, quod nemo huc usque fecit, de facie codicis totius, de loco et tempore, quo ortus, et fatis, quae expertus esset, quantum in me, dissererem. quo in genere satis mihi fecisse videor, si meo quantulocunque labore et industria aliquid contulerim, ut, qui acriori ingenio gaudent, vires suas ei rei tribuant, et internum partium singularum cum toto opere nexum omnibus vestigiis indagent.

Liceat ergo, quum eorum, qui de codice nostro scripserunt, aut nemo eum viderit, aut, qui unus ejus occasionem habuit, Dozenius, neglexerit, externam ejus conditionem ita describere, ut omnium quasi propositus sit oculis.

Is igitur, nomine wessofontani donatus in regia bibliotheca monacensi adservatur, quo ex monasterio wessofontano in provincia Bavariae superiori dicta sito et Leuthnero auctore circa annum 753 a Thassilone duce fundato eadem ratione, qua ex ceteris abbatibus, quae legibus juribusque exemptis sublatae sunt, deportabantur libri, anno hujus saeculi tertio translatus est. Membraneus est, validis ligneis operculis albo corio obductis inclusus, quae prioribus temporibus fibulis aeneis conjuncta fuisse videntur et quorum priori parvula membranea tabula his verbis insignita: *de inquisitione vel inventione sanctae crucis*, ut suspicari licet, multo post agglutinata est. forma ejus est minor 4. in altitudinem quinque digitorum et sex linearum (5'' 6'') parisiensis mensurae surgens. Ratio compacturae saeculum decimum quartum redolet. Folliorum, quamquam postea, cum liber denuo convestiebatur, circumcisa esse videntur, tamen omnium plane eadem forma non est. folia centum sunt et tredecim vinculas complectuntur, quarum prima octo, altera duodecim, tertia octo, quarta

quinque, quinta usque ad septimam octona, octava sex, nona quatuor, decima sex, undecima et duodecima octona, decima tertia septem folia continet. Vinciturae manu ejus, qui codicem transscripsit, folia autem singula a quodam serioris et recentioris aevi numeris arabicis neque tamen ubique ordini congruenter signatae sunt, unde fit, ut folium septimum folio excipiat, quod nono numero insignitum est, quamquam et re et argumento docemur, inter utrumque nullum deesse; deinde, ut duobus simul foliis numerus quadragesimus inscriptus sit, quem errorem vir doctus ita amovere studebat, ut extremum folium signo $\frac{99}{100}$ notaret. Custodes, quos dicunt, nusquam occurrunt. Singulorum foliorum binis paginis una tantum columna, quae quatuordecim versus continere solet, inscripta est. Versibus lineae substratae sunt, quae omnibus et coloris et atramenti et plumbi sive cerussae vestigiis carent et solius styli ope membranae, quae modo densior modo tenuior est, innotatae sunt. Neque tamen versus continue linearum vestigia sequuntur, sed haud raro fit, ut superiores lineas perrumpant. Literae sunt, quod dicunt, majusculi generis, atramentum fuscis coloris rubiginis fere instar est. Ad inscriptiones faciendas cinnabaris adhibita est; ubi autem eae vulgari atramento factae sunt, maculis plerumque rubri et caerulei vel flavi coloris peniculorum usu effectis insignitae sunt. Simili colore saepe literarum initialium et quae in capite lineae vel singulorum verborum leguntur aliquot illitae sunt. Omnes autem colores amisso priori vigore et puritate temporum iniquitatem experti. Ipsas conscriptiones cinnabaris usu factas ita obscuratas invenimus, ut legi vix possint. Quod idem ne literis atramento expressis, magis tamen in priori quam in superiori codicis dimidio, acciderit, et bonitas atramenti et calligraphia scriptoris illis temporibus haud solida causa fuit. Paucis locis usu majori tritis atramenti perspicuitas tota deleta est. Omnis codex praeter wessofontanas preces germanice conscriptas ab uno eodemque auctore paucis locis, qui aut eadem aut non ita multo seriore aetate in spatia vacua insiti sunt, exceptis, latina lingua compositus est. Aliorum addita-menta plerumque, ut in folii decimi pagina priori et quinti posteriori, tum nonagesimi septimi posteriori et pluries, aut textui ejusque maxime criticae illustrationi inserviunt, aut de rebus novis et a textus argumento alienis ut in folii primi pagina priori de piis sententiis, deinde in folii vicesimi primi pagina utraque de agricolarum regulis et observationibus ad coeli temperiem pertinentibus, tum in folii sexagesimi pagina posteriori juxta titulum de civitatibus inscriptum de precibus agunt. Saepius inepti pennarum ductus et nugae sunt, ut numeri a signo X usque ad M in folii primi pagina priori facti, deinde in vicesimi priori pennarum delineationes imitandi causa factae, denique in tricesimi sexti pagina priori

verba „episcopus negligens“ ad textus marginem inepte repetita demonstrant. Codicem saeculo nono p. Xm. n. ortum esse ex omnibus et externis et internis notis colligendum esse videtur. Quod si ita est, valde mirari debemus, quod ejus litterarum monumenti per decem et quod restat saecula aetati nostrae servati (exceptis prima et novissima pagina manuum tactu et usu maxime attritis, et novissima inprimis eorum, qui codicem palimpsestum quem dicunt esse suspicabantur, periculis violata) tanta integritate adhuc gaudemus. De iis autem delineationibus pennarum usu expressis, quae in codice a folii primi posteriore pagina usque ad folii vicesimi primi paginam priorem historiam inventionis sanctae crucis illustrantes continentur, cum in libello meo: *die Federzeichnungen des Wessobrunner Codex* inscribendo satis disputaturus sim, plura addere nolo.

Quod ad argumentum codicis attinet, qui praeter sanctae scripturae, ut medii aevi mos erat, allegoricas et symbolicas interpretationes res christianas mythicas philosophicasque et, quae de terrarum populorumque situ et conditione agunt, alia plura amplectitur, non ab re abhorreere videtur, singula capita et inscriptiones enumerare.

Fol. 1. pagina priori inter lineas alteram et tertiam, tum tertiam inter et quartam litteris vacuas verba lectu difficilia aliena eaque seriore manu adjecta legimus; a quarta usque ad nonam lineam fragmenta piae cujusdam sententiae a codicis auctore scriptae continentur; omni scriptione vacuae decima et undecima linea sunt; duodecima et tertia decima pennarum experimentis ejusdem aetatis, sive romanis numeris a X usque M impletae; quartae decimae et quintae decimae iterum piae quaedam sententiae aliena et posteriore manu mandatae sunt, ut ex his verbis nondum extinctis: tuam adoramus domine colimus passionem, elucet. *fol. 1. pag. posteriori* de sanctae crucis inventione traditur. *fol. 21. p. pr.* agricularum regulae et de tempestate a serioris aetatis auctore factae. *fol. 22. p. pr.* sancta terra topographice describitur et locorum quorundam ex novo testamento memorabilium inter se spatia definiuntur, cujus descriptionis auctor his verbis memoriae traditus est: Eudoxius diaconus primus scripsit, qui de ipsa provincia fuit. *fol. 35. p. po.* sancti Gregorii sententiae. *fol. 36. p. po.* „fides catholica“ quae est symboli apostolici paraphrasis. *fol. 37. p. po.* allegorica rerum creationis interpretatio hoc titulo insignata: de principio coeli et terrae. *fol. 40^a p. p.* „de septem gradibus in quibus fuit Xūs“ sive quomodo Christus septem consecrationes sacerdotis instituerit ipseque acceperit. *fol. 40^b p. po.* Salamonis sententiae. *fol. 41. p. pr.* decem praecepta mosaica. *fol. cod. p. po.* „pro quid Christus filius domini non de simplice virgine natus erat sed desponsatae natus erat.“ *fol. 41. p. po.* „pro quantas

causas Christus filius domini in Jordane baptizatus est.“
fol. 42. p. pr. „de coelestica generatione domini.“ *fol. 43. p. pr.* symbolica de septem signis in apocalypseos libro obviis tractatio. *fol. 44. p. pr.* „symbolum quod interpretatur conlatio;“ id in eo versatur, ut apostoli precum illarum credo nominatarum duodecim sententias singuli singulas referentes inducantur. *fol. 45. p. pr.* symbolicorum donorum a tribus illis sapientibus ex oriente profectis allatorum interpretatio. *fol. 46. p. pr.* „quatuor alae sunt, quae volant ad coelum“ nempe prudentia, fortitudo, sapientia et temperantia. *fol. 48. p. pr.* „de Abraham; pro quid dixit dominus ad Abraham: exi de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui et vade in terram, quam ignorabas.“ *fol. 49. p. pr.* „de V. sensibus hominum, de anima, de tribus causis, quae ducunt hominem ad regnum coelorum, et aliis tribus, quae ducunt hominem in inferum. *fol. 57. p. pr.* de protoplastorum lapsu agitur. *fol. 57. p. po.* variae mensurae et pondera inter se comparantur, de rebus geographicis disseritur, externarum urbium et regionum nomina germano sermone traduntur. *fol. 65. p. po.* preces sic dictae wessofontanae „de poeta“ transscriptae. *fol. 66. p. po.* litterae manumissoriae servi cuiusdam Herimotari et loci et anni expertes. *fol. 67. p. pr.* mystica „visionis, quam vidit Ezechiel,“ aliorumque et veteris et novi testamenti locorum enarratio. *fol. 77. p. pr.* docetur, quid sacerdotum vestes et vasa sacra significant, et de variis rebus, de terrestribus et coelestibus corporibus, de animalibus in codice sacro memoratis, de urbibus et aliis pluribus agitur. *fol. 88. p. pr.* „de solennitatibus“ praecipue de sacri anni significatione. *fol. 88. p. pr.* „de caritate.“ *fol. 92. p. pr.* „de thesauro,“ sive interno hominis pretio. *fol. 93. p. pr.* de vita Jesu Christi quaedam commemorantur. *fol. 93. p. po.* „de nomine domini.“ *fol. 94. p. pr.* de Elia saeo et aliquot locis biblicis. *fol. 95. p. po.* Philonis de septem in terra miraculis tractatus. *fol. 97. p. po.* „de Cain.“ *fol. 100. p. pr.* auctor id spectasse videtur, ut dici notionem catechetica ratione definiret. Ejusdem folii pagina posteriori usque ad finem de nocte disseritur. Quaestionum et responsionum signa haec sunt: *A* et *H*. Inter utrumque caput *fol. 100. p. po.* res memoratu dignae inde a rerum primordiis ad annum DCCCXIII p. Xum. n. temporum rationi convenienter enumerantur. Toti codici capite memorato de nocte finis imponitur.

Priusquam autem ad alia transeam, neque antiquius neque prius quidquam habeo, quam ut errorem pluribus eorum, qui ante me wessofontanis in precibus operam collocarunt, communem, quo magnis ejus, qui primus hoc antiquioris nostrae linguae monumentum cum per se maxime venerandum tum ad linguae ipsius naturam cognoscendam aptissimum nobis

detexit, meritis detrahitur, refutem. Hujus enim principatus honorem Graeterus, Grimmius, Massmannus, viri ceteroquin ingenii laude insignes, monumentis boicis, quorum tomus septimus anno superioris saeculi sexagesimo sexto in lucem prodit, vindicant, Pezii immemores, viri doctissimi, qui thesauri sui anecdotorum tomum primum ejusdem saeculi anno quadragesimo sexto, viginti igitur annis ante, edidit et de codice una cum precibus primus disseruit. Neque eos, quos modo nominavimus, sed caeteros quoque priorum temporum viros doctos fugisse videtur, Pezium praeter illum locum saepius ab ipsis laudatum in eadem operis sui parte altero loco codicis nostri mentionem fecisse. In dissertationis enim ejus isagogicae pagina undevicesima, ubi de wessofontanae bibliothecae opibus agit, haec legimus: insignis est praeterea codex noni saeculi in 4. ad cujus calcem isthaec notantur „DCCCXV Indictione VIII in isto anno XXI. Cal. Maij. Pascha et in eodem anno defunctus gloriosissimus Carolus rex et constitutus fuit filius ejus Hluduvigus rex in regnum suum“ quae eadem verba in codicis pagina extrema occurrunt, ubi res memoratu dignae, quae a rerum primordiis factae sunt, temporum rationi convenienter narrantur. (cf. codicis argumentum supra propositum.) Qua in re id tantum monendum est, Pezium loci illius prima verba haec: ab incarnatione domini anni s. DCCCXIII. omisisse et annorum numerum falsum tradidisse. Quem locum quum wessofontanarum precum interpretes neque ex Pezii thesauro neque ex codice ipso, cujus eis nulla facultas erat, cognitum habuerint, de codicis aetate dubii et incerti manserunt. Nos autem ex illo loco, quia eadem qua codex manu scriptus est, plane perspecto omni jure conjicere nobis videmur, codicem saeculi noni p. Xūm. n. annum decimum quartum neque excedere neque relinquere. Cui posteriori sententiae si quis repugnabit, affirmando, eum, qui chronologiam scripserit, ipsum eam non composuisse, sed ex alio argumento descripsisse, respondebimus: certe talem imitatore chronologiam usque ad suam aetatem perducturum fuisse, praesertim quum gravissimae res id monuerint, ut regni gallici a Ludovico inter filios facta divisio, eorum bella contra patrem gesta, foedus Veroduni sancitum, totius imperii per Carolum cognomine Crassum perpetrata conciliatio, ejus abdicatio, caetera. Ex decimo autem saeculo, nisi qui notas externas, quibus manuscriptorum aetas constitui solet, cum studio non exploraverit, originem ejus non ducet. Quam ob causam in nostra sententia perseverandum esse censemus.

Codicis aetate ita stabilita quaerere licet, an non de reliquis ejus fati ex historia wessofontani monasterii (eo enim loco codex compositus esse putatur) lux quaedam oriatur. Sed quamquam eum in finem eorum, qui de rebus hujus Benedictinorum abbatae scripserunt, et Coelestini Leuthneri potis-

simum, omnium facile principis, opera summo cum studio et industria perlustravi, tamen nihil ex iis haurire poteram, nisi: quod ex chronologica a condito monasterio ad annum superioris saeculi sexagesimum sextum pertinente abbatum enumeratione (quam monumenta boica ex authenticis fontibus communicant) elucet, codicem temporibus Adelmari, qui post Lantfridum abbatem benedictobeuensem una cum suo et aliis monasteriis, ut Kochel, Schleedorf, Staffelsee, Sandau, Pollingen, wessofontanum regentem primus solius hujus monasterii curam ab anno 799 usque ad 830 gessit, conscriptum esse. Quae autem de rebus ejus monasterii et illius temporis statu tradita sunt, eadem, qua res ipsae, tenuitate et vilitate laborant, et id tantum docent, hoc monasterium tum caeteris Bavariae monasteriis longe inferius fuisse et habitum esse. Nam quum in concilio aquisgranensi anno 817 habito Bavariae monasteria pro cujusque facultatibus et opibus aestimarentur et in ordines redigerentur, wessofontanum una cum mettensi tertio eique extremo ordini attributum est „quum nec dona nec militiam sed solas orationes pro salute imperatoris et filiorum ejus et stabilitate imperii facere possit.“ Alia plura ut de numero, conditione, vita, studiis eorum, qui saeculo nono in monasterio vixerunt, addita non legimus, quarum rerum ex posterioribus temporibus (ab an. 1065—1157) perfectissima et integerrima notitia nobis servata est. Unum tantum restat, quod omni dubio caret et ad locum, quo codex ortus, firmandum plurimum valere videtur, monasterii ab Hungaris decimo saeculo facta ruina. Etenim si wessofontanam codicis originem vindicamus, haec duo ponenda sunt: codicem aut in illa devastatione periisse, aut ab illis tribus monachis, qui ad memoriam et nomen monasterii conservandum Thientone abbate permittente Hungarorum caedem effugientes in montem madronum ad Henum flumen situm se contulerunt, esse servatum. Quod posterius si statuimus, codicem postea Wessofontem reportatum esse vix verisimile est; nam monachi, qui ex fuga montem istum occupaverant, ibi monasterium, cui postea nomen cella s. Petri dabatur, condiderunt, ejusque in usum et commodum, quaecunque secum attulerant, converterunt, unde factum est, ut trecentos quadraginta annos floreret, donec saeculi trecentissimi anno nonagesimo quinto in bello ab Adolpho nassaviensi contra nobiles comitatus tirolensis gesto deleretur. Quae cum ita sint, propius vero esse videtur, codicem non in ipso monasterio wessofontano conscriptum esse, sed a quodam hujus abbatae fautore studioso, quorum in magno numero imperatores, reges, dynastae, episcopi et alii viri ac foeminae laudantur, aut circa annum 1065, quo solenniter instaurata est, (et tali occasione hominum animi ad auxilia praebenda permoveri solent) aut postea doni loco concessum esse. Certius quidquam de hac

re statuere vix est qui possit, quum ex Leuthneri quoque de rerum wessofontanarum historia, ubi in ea parte, quae inscripta est: incrementum supellectilis et bibliothecae, tam multa polliceri videtur, contra omnium autem spem duos tantum veteres eorum librorum, qui sub Adalberto (obiit a. 1129) et Walthone (ob. 1157) abbatibus bibliothecae jam fundatae accesserunt, catalogos publicat, multum percipere nequeamus. Quis enim est, qui illud in priori catalogo descriptum „collectaneum unum“ codici nostro respondere contendat? de uno autem posteriorum librorum quippe vivo Walthone abbate a Diemude virgine monasticae regulae adscripta compositorum id affirmare hominis insani est. Utut res se habet, id certe liquet, hac tanta originis codicis nostri ambiguitate, si wessofontani opes librarias variis temporibus ac modis acquisitas eadem cura qua agros et ceteras suas fortunas consignassent, nobis non fuisse dolendum.

Quae quum de codice et carminis illius antiquissimi, quam offero, repetitione non conjecturarum inanum, sed solo litterarum et artis studio ductus scripserim, ut tu, lector fautorque, penes quem de ea re iudicium est, benevolo excipias animo, oro rogoque.

Alte Manuscriptenkataloge.

III.

Aus der Handschrift 728. (alte Numer D. n. 18.) zu St. Gallen, mitgetheilt durch Hofrath und Professor
Dr. *Gustav Hänel* in Leipzig.

Man vgl. Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde, Th. I. S. 242. Th. V. S. 210 fgd. 219. 307. 315. Th. VI. S. 478 fgd. — Der sel. *von Arx* setzt diesen hier möglichst diplomatisch genau gegebenen Katalog, aus welchem schon *Orelli* in seiner Epistola critica ad Madvigium pag. XVII. sq. [vor seiner Ausg. von Cic. Orator, Brutus cet. Turici 1830.] einen Auszug gab, in das IX. Jahrhundert. Von zwei Händen desselben Jahrhunderts kommen Zusätze und Randbemerkungen vor. Sie sind hier durch Cursivschrift ausgezeichnet worden. Nach *von Arx'* Bemerkungen sind die meisten dieser Handschriften verloren gegangen, namentlich die *Libri Scottice scripti*. Die Beschreibung des Codex anlangend, so steht auf dem Schmutzblatte Folgendes: „1823. abgeschrieben für die Gesellschaft der Teutschen Geschichte

von der Seite 101. an bis 108. mit Facsimile. — 1673. ward dieser Codex mit andern, n. 727. 733. 731. 670. 671. von dem Minister *Colbert* durch die französische Gesandtschaft zur Einsicht verlangt und gegeben laut beiliegendem Schreiben.“ [Diess Schreiben fehlt jetzt.]

Fol. I. oben: *Lib' scī Galli*. Dann: *D. n. 18.* und die rothe Zahl: 728. Hierauf folgt von der Hand des *Stephanus Baluzius* folgendes Inhaltsverzeichniss:

In hoc libro haec insunt:

Catalogus veteris bibliothecae S. Galli. (Pag. 4—21; pagg. 22. 23. sind unbeschrieben, und nur auf pag. 23. befindet sich das Klosterwappen.)

Liber III. et IV. Capitularium. (Pag. 24—95. Pagg. 96. 97. sind unbeschrieben.)

Recapitulatio solidorum legis Salicae. (Pag. 98—101.)

Quaestiones de variis vocabulis in lege. (Pag. 101—103.)

Capitula addita anno DCCCIII. ad legem Salicam. (Pag. 103—106.)

Liber legis Salicae. (Pag. 106—177.)

Lex Ribuariorum imperfecta. (Pag. 178—220, d. h. bis zu Ende der Handschrift.)

Steph. Baluzius.

LIBRI SCOTTICE SCRIPTI.

Pag. 4.

Metrum iuveni. In vol. 1. Eple pauli. in vol. 1.

Act' aploꝝ in vol. 1. Eple canonice vij. in vol. 1.

Tractat' bede in pverbia salom̃. in vol. 1. Ezechel pp̃. in vol. 1.

Evang̃. scđm̃ ioh in vol. 1. Enchiridion. aug̃. in vol. 1.

Itē iuveni metrū. In vol. 1. Apocalypsis. in vol. 1.

Itē apocalypsis in vol. 1. Metrū sedulii. in vol. 1.

De gradib; ecclesiasticis. in vol. 1. Arithmetica Boetii. vol. 1.

Missalis in vol. 1. Vita Scī hilarii in codicillo. 1.

Passio. s. martyꝝ Marcellini et petri.

Metrū virg. in vol. 1. Eius glosa in altero.

Q^{at}nio. 1. de inuentione corporis scī stephani.

Quat. 1. De relatione translationis scī Galli. in novā eclam

Bede de arte met. in q^{at}.

Instructio ecclesiastici ordinis. In codicillo. 1.

Lb. 1. genesis in q^{at}nionib;

Act' aploꝝ et apocalypsis. in vol. 1. veteri.

Quatnio. 1. in natl innocentū legend.

Orationes et sententie varie. in vol. 1.

Orationes in q^{ato} noñ

Expositio in cantica cant. In q^{at}ern. ij. Itē in regū q^{at}. 1.

Pag. 5. **BREVIARIŪ LIBRORŪM | DE COENOBIO SCĪ GALLI CONF.
XPI | DE LIBRIS VETERIS TESTAMENTI.¹⁾**

Bibliotheca una. Eptalici. iiij. uno ex his Iob et tobias²⁾ |
Regum volumina. V. Salomonis volum̄ VI et in | et in alio
esdras et nenū,

Libri omniū pphetarum in duobus voluminib;

Item esaie et hieremiae in uno volumine. '

Ezechihelis et Danihelis et xij pphetar. In uno vol.

Paralippom̄. Judiht. Hester. esdrae Machabe | orum. In uno
volumine (am R. *ad scolā*) Itē paralippom̄. Tobias. Ju-
dith. hester. | In vol. 1. veteri.

Item machabeorū volumina duo.

Itē iob. tobias. iudith. hester. ezras. neemias. In vol. 1.

Itē iob. tobias. iudith. hester in vol. 1.

Itē iob. tobias. iud. hester. in vol. 1. Itē iob. in vol. 1 |
ad rorbach.³⁾

Tobias. iudith. hester. in codice 1.

ITEM DE LIBRIS NOVI TESTAMENTI.

Evangeliorum volumina iiij ex his duo non inveni. s, I.⁴⁾ |
et tria vetera.

Epistolae pauli. et vij epistolae canonicae et act⁵⁾ | (am R. *It*
act⁵⁾ aplor et apocal. in vol. 1) apostolorū. atq. apocali-
psis ioh. apost. Vol. V. |

Item evangelia. ij. scdm̄ ioh. scottice scripta.⁵⁾

Pag. 6. **DE LIBRIS BEATI GREGORII PAPAE.⁶⁾**

In lectiones evangelicas. homeliar. xl. vol. III. (am R. *Unū*
ex his datū ē domno karolo regi.)

Item eiusdē. lib. pastoral volumina. ij et in uno eorum eplē
hieronimi.

Moriali⁶⁾ in iob. libri xxxv in voluminib; vij. | et in uno excis
vita pauli et Antonii.

Dialogorum volumina ij. Itē unus. 1. (am R. *ad rorbach.*)

In ezechihel primā partem. homil. xij. in volum̄. 1. (am R.
habet domna rickart.)

In ultimā partē ei'dē pph. homil x. in volum̄. 1.

1) Rothe Uncial.

2) So ist in der Handschrift die Versetzung; s. die folgende Zeile.

3) Ad Rorbach. ist eine Bemerkung des Bibliothekars; s. Note 4.

4) Beigeschobene Bemerkung des Bibliothekars, der wahrscheinlich bei Gelegenheit der Revision der Bibliothek einen frühern Katalog benutzte, und was fehlte oder ausgeliehen war, bei Anfertigung dieses Katalogs bemerkte; s. Anm. 3.

5) Hierzu bemerkt v. Arx: „i. e. hybernice, quod iam Anglosaxonice dicunt.“

6) Rothe Uncial.

Eedem homilie. xxij. In volumine. uno (am R. *Reddite s̄ ad augiā et patrato s̄ nove.*)

Item libri xxxv. excerpti ab eisdē moraliar. libris in Codice uno.

Epistolarū gregorii volum̄ I. *pusillum.*

VI partes in iob. singulae in singulis voluminibus optimis.

DE LIBRIS HIERONIMI PRB̄I.

Liber quaestionū hebraicarū in genesim et expositio nescio | cui' in pverbia Solomonis et hieronimi de trib; impossi | bil; et quarto incognito atq; instructionū iuniliū | libri ij et lib̄ locor. hoc totū in volum̄. 1.

Iusti ep̄i in cantica canticorū et hieronimi in ecclesiasten | in vol. I.

Itē hieronimi in esāia libri xviii in voluminib; trib.

Itē eiusdē in hieremiā a capite libri v. in vol. I. (am R. *et rabarus usq; in finē.*)

In ezechiēl pphetā libri duodecī. in voluminib; duob;

Eiusdē sup totū danielē comm̄tariorū vol. 1.

In osee pphetā libri. iij. in vol. 1.

In abdiā liber. 1. In zachariā libri iij. in malachiā

liber 1. in abacuc. libri ij hoc totū in vol. 1.

Pag. 7.

In amos libri iij. in volum. 1.

Itē in iohel et micheā. libri iij. in vol. 1.

In ionā. Nav. Sophoniā et aggeū libri iij in vol. I. (am R. *habet rickart.*)

Eiusdē expositio in omēs psalmos. vol. magna ij (am R. *n̄ sunt ei. sed inutiles.*)

Itē expositio sup psalmos vol. ij. (am R. *inutilia.*)

Eiusdē commentariū in math libri iij et in marcū lib. ex | cerptus volu 1. (am R. *mendaciū.*)

Itē excerptio in mattheū de comm̄tariis hieron̄ volumina tria (am R. *ad nihil utilia.*)

Liber locorū et liber hebraicorū nominū et chosmographiae (am R. *pittaciolū inutile.*)

Liber primus aethici philosophi et perfectio antonini martiris in vol. 1.

Epistolarū hieronimi ad diversos. volum̄. iij. (am R. *duo liutuardus habet.*)

Liber industriū virorū hieronimi et gennadii. volum̄. I.

In epistolas Pauli id ad ephesios. et ad Titū et philimo | nem libri v. in volum̄. 1.

Itē in epistolā ad galatas thomi tres in vol. 1.

Contra iovinianū hereticū libri. ij. in vol. 1.

Itē dialogus heron̄. cū crettobolo volu. 4. (am R. *et in uno eorū S. aūg. de vita xp̄iar et altercatio syna | gogae et ecclē.*)

Altercatio athanasii cū arrio sabellio et fotino | hereticis et Hieronī cū luciferiano. in vol. 1.

Itē nescio cui tractatoris eglogae in psalteriū in | quaternionib; *Chronica eusebii et hieronimi* vol. 1. (Ueber nescio steht bemerkt *nūquā vidi.*)

Epistola hieronimi ad eustochiū in q^uaternionib. veterrimis et falsatis.

Pag. 8.

DE LIBRIS SCĪ AVGVSTINI EPI. ¹⁾

Augustini sup evanglm iohannis volumina tria.

De sermone dñi in monte habito libri duo et questionū | in evanglm mathei et luce et iohañ libri iij in vol. 1.

Omellie X. in eplam iohañ. in vol. 1.

De consensu evangelistarū libri iij. in vol. I.

De doctrina xpiana libri iij. in vol. I.

De scā trinitate libri xv. in vol. 1.

De civitate dī libri xxij in voluminib. duob.

Decades scī augustini sup omēs psalmos in voluminib. sex.

De difinitionib; ecclesiasticor dogmatū et ad petrū. | diaconū de fide volum. 1.

In apolipsim omeliae xviiij. in vol. 1.

Contra manicheos in genesim libri ij. In vol. 1.

Soliloquiorū libri ij in vol. 1.

Ambrosii contra hereticos et augustini contra arrianos | et eple dne ambrosii ad valentinū imp̄rem. In vol. 1.

Quaestiones diverse scī augustini ep̄. numero lxxxiij.

Itē excerpta de decad. s. aūg. in ij. vol.

Itē libri eugippii volum. 1. magnū.

Lib retractationū scī augustini ep̄.

Augustini in genesim ad litteram. xij lib.

Pag. 9. *Questionū in heptatheucū. libri. vij.*

Item lib confessionum scī augustini.

Augustini contra faustum manicheum.

Item lib de baptismo scī augustini ep̄

*It aug. de bono credulitatis et bono natura et sc | olia cyril-
lū in vol. 1.*

DE LIBRIS SCĪ AMBROSII EPI.

Ambrosii in evangeliū luce vol. I.

Itē tractatus scī ambrosii in eplas pauli volum̄ iij.

Exameron Scī ambrosii.

Itē ambrosii de bono mortis. Et eiusdē sermo qui dī | pa-
storalis. Et hieronimi ad anatholiū in apocalipsin ioh
vol. I.

Itē s. ambrosii lib iij de officiis. In vol. 1.

1) Rothe Uncial.

Amb de fide lib iij | item de spū scō et incarnat dnī. in singul vol.

DE LIBRIS PROSPERI EPI.¹⁾

Liber psperi pmissionū et predictorū dī. vol. 1. (am R. vetus et falsat'.)
 Itē de gratia et libero arbitrio ad rufinū et responsio | nes p
 Lv capitula et augustini de octo questionib. ad | dulcitū
 et ypognosticon eusdē de p̄ddestinatione atq; | enchiridion
 hoc totū in codice I.
 Itē de activa et cōtemplativa vita libri iij in cod. I.
 Itē eusdē epigramata in voluminib. duob. (am R. *unū fuit
 scotticum pusillū. r.*)

DE LIBRIS BEDAE PRBI.²⁾

Expositiones in evangeliū luce libri vi. in volum. 1.
 Omeliae in lectiones evangelicas. L. codice. 1. Pag. 10.
 In marcū evangelistā libri iij in volu. 1.
 In actus apostolorū liber. 1. et in apocalipsim Johaṇ. libri iij
 in cod. I.
 In septē epistolas canonicas expoṣ volum. I.
 De cōputo et temporib' volum. I.
 De exameron. lib. 1. Itē lib ysidori ad florentinū datus et
 hieronimi de mansionib; filiorū isrl. in vol. I.
 Itē in p̄verbia salomonis. libri iij. in vol. I.
 Itē liber allegorice expoṣ de tēplo salomon. vol. I.
 Itē tractat' in historiā tobie, esdre et neemie libri iij in
 vol. 1.
 Eiusdē martyrologiū in vol. 1. (am R. *ad sacrariū.*)
 In canticū abacuc. volum. I. (am R. *pusillulū iuxta translationē antiquā.*)
 Gesta anglorū. (volum. I.)
 Itē de miraculis Gudpti ep̄ et althelmi de laude virginū.
 lib. 1. et note iuris itēq. versus alii in vol. I.
 In cantica canticorū libri V. et un' gregorii. in volumine uno.

DE LIBRIS YSIDORI EPI.³⁾

Aethimologiarū libri xx et ratio horologii et glosa | grecorū
 verbor in vol. 1.
 Itē de libris Ysidori aetymologiarū vol. II. *corrupta.*
 Itē de libris Ysidori in eptaticū et regū vol. 1.
 Eiusdē de dō liber. 1. et de officiis lib. I. differentiarū | eu-
 cherii et de questiunculis scī august. et de floratib; | di-
 versis et alia multa de scōrū patrū opusculis excerpta | in
 vol. 1. (am R. *vetustissimo.*)

1, 2, 3) Rothe Uncial.

14

Pag. 11. Itē liber differentiarū ysidori et alia nonnulla In vol. 1. (Ueber diff. ysidori ist bemerkt: *totum mendacium et inutile.*)
 Itē de dō libri iij in vol. 1. (am R. *hoc auditū et n̄ visū.*)
 Sententiar' libri iij in vol. 1. (am R. *et alt defect' et dis-
 ject'.*)
 Rotarū lib et glosarū. in vol. 1. (am R. *et hoc inutile.*)
 Itē synonyma Ysid de cōplanctu hominis et ratione ei (am R. *hoc legi n̄ potest*) reddita libell. 1. volū 1.
*Item isidori volum. 1. hinc inde collectū cnius precipiū descri-
 ptionibus | est ecclesiasticis* (am R. *Fuolfkeri ē.*)
 TRACTAT¹⁾ originis in genesī. exodū et leviticū in vl. I.
 Expositio pelagii sup omēs epl̄as pauli. in vol. 1.
Item tractatus origenis sup epl̄am ad romanos. volum optimū.

DE LIBRIS CASSIODORI.²⁾

Cassiodori senatoris ecclesiastice historie | de trib; auctorib.
 sumpte. id est, sozomeni theo | doriti atq. Socratis libri
 xij. In Codice. 1.
 Itē eiusdem sup omnes psalmos. in voluminib. trib.

DE LIBRIS EVSEBII.³⁾

Eusebii hystorie ecclesiastice libri viiij et rufini interpretis
 eiusdem libri ij in volum. 1.
 Gesta pontificū romanorū. vol. I.
 Egesippi libri V excerpta de istoria ioseppi. vol. I.

Pag. 12. DE LIBRIS DIVERSORV AVCTORVM.⁴⁾

Gregorii turonici liber miraculorū 1. in gloria mar | tyris iu-
 liani. lib. 1. de virtutib; scī martini epī. libri | iiij. de
 vita patrū lib. 1. In glā confessorū lib. 1. hoc | totū in
 volumine uno.
 Chronice diversorū temporū libri V. Et gesta fran | corū.
 Itē chronica eusebii et hieronimi in vol. 1. (am R. *int. libros
 hieronimi descript. ē.*)
 Expositi Scī colūbani sup omēs psalmos. vol. 1. (am R. *Ruo-
 dinū vidi R. habere qui dīx suū eē.*)
 Itē eiusdē instructio de fide et alia n̄nulla in vol. 1. (am R.
R. hoc n̄ vidi.)
 Libri effrem diaconi. VI. de diversis causis. vol. 1.
 Junilii instructionū lib. ij. itē de caritate dī et di | lectione
 pximi; Itē de m̄sib; et annis In vol. 1.
 Ferrandi diaconi qualis esse debeat dux religiosus in milita-
 rib; actib; volum. 1.
 Eucherii questionū in vetus et novū testamentū et ysidori |
 lib differentiarū in vol. 1. (am R. *inutile.*)

1) Diess Wort in rother Uncial. So auch expositio in der folg. Zeile.
 2, 3, 4) Rothe Uncial.

Juliani epī pgnosticor futuri seculi. libri iij. in vol. ij.
 Collectarii magni iij homeliarū seu sermonū. | scōrū patrū p
 singulas festivitates in anno.
 Collectio eadbŕi de diversis opusculis scōrū patrū. volum. 1.
 Itē collectio de verb augustini. (am R. *inutile*) | hieronimi,
 Gregorii seu ceterorū scōrū patrū. vol. I.
 Expositio tichonii *donatistae* in apocalipsim vol. I. vetus.
 Expos primasii in apocalipsim libri. V. et glosule gregorii in
 apocalipsi spitalis intelligentie in volumine I. (am R.
corrupt.)

(Beschluss folgt.)

Ueber die Grossherzoglich Badische Universitätsbibliothek zu Heidelberg.

Die Bändezahl dieser Bibliothek beläuft sich auf nicht
 ganz hundert funfzig Tausend; die Aufstellung der
 Bibliothek richtet sich streng nach den einzelnen Fächern;
 ein vollständiger Nominalkatalog mit beweglichen Zetteln ist
 vorhanden, so dass jedes Buch mit Leichtigkeit und Schnel-
 ligkeit aufgefunden werden kann. Ein Realkatalog ist zur
 Zeit noch nicht vorhanden, wird aber vorbereitet. Die in
 den bemerkten Nominalkatalog nicht aufgenommenen Hand-
 schriften finden sich in *Fr. Wilken's* Geschichte d. Heidelbb.
 Büchersammlungen (Heidelberg 1817) von S. 273 an bekannt-
 lich verzeichnet; die seitdem, besonders durch den Ankauf
 der Salemer Klosterbibliothek acquirirten Handschriften, deren
 Zahl sich auf einige Hundert beläuft, sind inzwischen genau
 katalogisirt worden; und steht die Bekanntmachung dieses
 Katalogs, oder wenigstens der bedeutenderen Handschriften,
 demnächst zu erwarten. Die grössere Zahl dieser Hand-
 schriften bezieht sich auf die Theologie des Mittelalters;
 doch finden sich darunter einige höchst merkwürdige, bis in
 die karolingische Zeit zurückgehende, mit Miniaturgemälden
 reich versehene Handschriften, welche zum Theil aus Bur-
 gund und Frankreich stammen.

In den drei verflossenen Jahren (vom 23. October 1836
 an bis zum letzten December 1839) ward die Bibliothek um
 4248 Bände vermehrt, zu welchen noch die Bibliotheca Bat-
 tiana, ein der Universität zugefallenes Vermächtniss von
 Schriften, die sich auf die ehemalige Pfalz beziehen, mit
 773 Nummern (welche 1048 verschiedene Schriften und Ab-
 handlungen enthalten) und 245 Landkarten und Kupferstichen
 hinzukommt, so dass die Gesamtsumme auf 5021 Bände sich

beläuft. Darunter befinden sich 470 Bände, welche, im Inlande erschienen, von den betreffenden Verlagsbuchhandlungen nach der hier bestehenden Vorschrift gratis an die Bibliothek abgeliefert werden mussten; ferner 324 Bände Geschenke verschiedener Art von Privaten, Anstalten u. s. w. Der Zuwachs an Dissertationen während derselben Zeit betrug in Allem 2565 Stück, darunter 166 theologische, 347 juristische, 1479 medicinische und 573 aus der philosophischen Facultät.

Der Kostenaufwand für die bemerkten Anschaffungen während der drei Jahre betrug 11457 Gulden 32 Xr. Rheinisch, welche Summe jedoch um etwas mehr als 1000 Gulden höher zu setzen ist für die von einer hiesigen Gesellschaft der Bibliothek statt baarem Geld gelieferten gelehrten Zeitschriften und Journale. Die Buchbinder-Ausgaben betrugen in jenen drei Jahren 1253 Gulden 35 Xr. Rheinisch.

Die Zahl der aus der Bibliothek an Einzelne verliehenen Bände betrug in den beiden Cursen Winter 1833 und Sommer 1839 in Allem **12523** Bände (in dem Jahre 1833 nur **7718** Bände); die an Ort und Stelle eingesehenen oder im Bibliothekssaale benutzten Bücher, deren Zahl jene weit übersteigen würde, können nicht angegeben werden, indem darüber kein besonderes schriftliches Verzeichniss geführt wird, und ausserdem allen Gliedern der Universität, so wie auch andern gebildeten Staatsdienern der Zutritt in die Bibliotheksäle selbst offen steht.

Heidelberg.

Hofrath und Oberbibliothekar Prof. *Bähr.*

A n f r a g e.

Welchem Buchdrucker vom Ende des 15ten oder Anfang des 16ten Jahrhunderts gehört das Druckerzeichen, das einen knieenden Heiligen mit verbundenen Augen darstellt, hinter welchem ein Henker mit erhobenem Schwerte steht? Das Gitter linker Hand scheint ein Gefängniss anzudeuten, und es könnte demnach Johannes der Täufer seyn sollen. Doch wächst Gras auf dem Boden, worauf er kniet. Gefällige Antwort erbittet sich im *Serapeum*:

Oberbibliothekar und Oberstudienrath Dr. *Moser.*

Verleger: *T. O. Weigel in Leipzig.* Druck von *C. P. Melzer.*